

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1


[Straßburg?], [um 1720]

Caput primum

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)



GRAMMATICÆ TURCICÆ
 PARS PRIMA
 DE
 ORTHOGRAPHIA.



CAPUT PRIMUM

De literis.



SCIENDUM in primis Turcas Persasque ex quo Mahometismus invaluit ab Arabibus, ut religionem, ita etiam literas sumpsisse, eisdemque nexûs ac ductûs characterum usurpare, adeoque (quod plerisque Orientalibus commune est) à dextra ad sinistram versus legere, ita ut necessariò initium librorum sit ubi nostrorum finis esset. Sciendum secundò, Turcas non tantùm ad supplendos defectûs suæ origine aliàs & usu barbaræ linguæ, sed etiam ad elegantiam sermonis, qui modò cultissimus dici potest, uti passim tam in loquendo, quàm præcipuè in scribendo vocibus, phrasibus sententiisque linguæ Arabicæ origine, usu, majestare, & verborum copiâ nobilissimæ ac antiquissimæ, simul & Persicæ nulli fortè alii suavitate ac elegantia secundæ, ita ut qui has duas ignorârit, Turcicam ritè callere nunquam dici possit, ideòque singulis capitibus hujus Grammaticæ Turcicæ subjungi observationes ac præceptiones utriusq; linguæ Arabicæ & Persicæ. Notandum postremò, cùm præcipuus hujus Operis scopus & objectum sit Sacræ Cæsareæ Majestatis Domini mei Clementissimi, cum Turcico quippe Imperio tam ampla longè latèque diducta confinia habentis, servitium promovere, adeoque modum interpretandi ea, quæ à Turcis ad hanc Cæsaream Aulam perscribuntur, & cum Legatis Nuntiisque Turcicis inde huc advenientibus de rebus publicis & privatis agendi facilitare; ideo hîc primariò & principaliter tractari Grammaticam Turcicam, & eam præcipuè assignari literarum aliàs dictis tribus linguis communium prononciationem, quâ moderni Turcæ, præsertim Constantinopolitani seu Aulici, utuntur in efferendis literis legendisque libris Arabico-Persico-Turcicis.

Proponunt igitur Turcæ pueris aliisque suæ linguæ studiosis addiscendum hujusmodi Alphabetum.

28 27 26 25 24 23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1
 ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ غ ف ق ك ل م ن و ه و ل ا ي
 je lam elif he waw nun mim lam kef kaf se ghain ain zy ty zad sad sin sin ze re zal dal chy ha gim se te be elif

Sic demptâ *lam elif*, quæ non est propriè litera simplex, sed sunt duæ, nimirum *lam*, & *elif*, quæ dum conjunguntur, paulò aliter pinguntur quàm in propria forma separata; numerantur viginti octo Literæ, omnesque censentur consonantes; ad exprimendas enim vocales habent tantummodo certas notas, de quibus infra.

Cùm autem Turcæ habeant suum peculiare ك, quod vocant صاغر نون *saghy nun*, & præterea quatuor alias literas mutuuntur à Persis, quas tribus punctis superadditi, ab aliis sui similibus distinguunt, nimirum پ *pe*, چ *chim* ژ *je*, گ *gef*, quæ aliàs کاف عجمي *kaf kâfi âgemî* appellatur, tale possumus conficere Alphabetum, quale sequens exhibet pagina.

A Potestas

Grammatica Turcica

Potestas	Nomen	Figura	In fine dictionis,		Extra finem dictionis,		Ordo	
			annexa prae-	non annexa	annexa prae-	non annexa		
			ced.	preced.	cedenti.	precedenti.		
Α	<i>A e i ü</i> , Ex gutture, seu Spiritus lenis Graecorum.	الف <i>elif</i> , alif a,	Elif	ا	ا	ا	ا	1
Β	<i>B Italicum.</i>	با <i>bā</i> , seu	Be	ب	ب	ب	ب	2
Π	<i>P.</i>	باي عجمي <i>bāi āgemī</i>	Pe	پ	پ	پ	پ	3
Τ	<i>T.</i>	تا <i>tā</i>	Te	ت	ت	ت	ت	4
Σ	<i>S Ital. Polon.</i>	سا <i>sā</i>	Se	ث	ث	ث	ث	5
Γ	<i>G Ital. ante e, i, g.</i>	جيم <i>gim</i>	Gim	ج	ج	ج	ج	6
Κ	<i>C Ital. ante e, i.</i>	جيم عجمي <i>gimī āgemī</i>	Cim	چ	چ	چ	چ	7
Η	<i>H ex inno pectore tractum.</i>	حا <i>hā</i>	Ha	ح	ح	ح	ح	8
Χ	<i>Ch Polon.</i>	خا <i>chā</i>	Chy	خ	خ	خ	خ	9
Δ	<i>D.</i>	دال <i>dāl</i>	Dal	د	د	د	د	10
Ζ	<i>Z Gall. Polon.</i>	ذال <i>zāl</i>	Zal, zel.	ذ	ذ	ذ	ذ	11
Ρ	<i>R.</i>	را <i>rā</i>	Re	ر	ر	ر	ر	12
Ξ	<i>Z Gall. Polon.</i>	زا <i>zā</i>	Ze, zejn	ز	ز	ز	ز	13
Ι	<i>I consonans Gall. j.</i>	زاي عجمي <i>zāi āgemī</i>	Ié Gall.	ژ	ژ	ژ	ژ	14
Θ	<i>S Ital. Polon.</i>	سين <i>sīn</i>	Sin	س	س	س	س	15
Ψ	<i>Ch Gall. sch Germ. s.</i>	شين <i>šīn</i>	Chin Gal.	ش	ش	ش	ش	16
Ϻ	<i>S quasi duplex.</i>	صاد <i>sād</i>	Sad	ص	ص	ص	ص	17
ϻ	<i>Z quasi duplicatum.</i>	ضاد <i>zād</i>	Zad	ض	ض	ض	ض	18
ϴ	<i>T ex gutture q. th.</i>	طا <i>thā, tā</i>	Ty, thy	ط	ط	ط	ط	19
ϵ	<i>Z q. geminatum.</i>	ظا <i>zā</i>	Zy	ظ	ظ	ظ	ظ	20
϶	<i>A y o gutture prolat. a.</i>	عين <i>ājn</i>	Ajn	ع	ع	ع	ع	21
Ϸ	<i>Gh Anglicum, gh.</i>	عين <i>ghajn</i>	Ghain	غ	غ	غ	غ	22
ϸ	<i>F Ital.</i>	فا <i>fā</i>	Fe	ف	ف	ف	ف	23
Ϲ	<i>K, serè kh Germ.</i>	كاف <i>kāf</i>	Kaf	ق	ق	ق	ق	24
Ϻ	<i>K cum i. h.</i>	كاف <i>kāf</i>	Kief	ك	ك	ك	ك	25
ϻ	<i>N finale Gallicum. n-</i>	صاغر نون <i>sağhyr nūn</i>	Nun	ك	ك	ك	ك	26
ϼ	<i>G Polon. cum i, g.</i>	كاف عجمي <i>kāfi āgemī</i>	Ghief	ك	ك	ك	ك	27
λ	<i>L.</i>	لام <i>lām</i>	Lam	ل	ل	ل	ل	28
μ	<i>M.</i>	ميم <i>mīm</i>	Mim	م	م	م	م	29
ν	<i>N.</i>	نون <i>nūn</i>	Nun	ن	ن	ن	ن	30
ξ	<i>W.</i>	واو <i>wāw</i>	waw, wau	و	و	و	و	31
π	<i>H Gall. Germ.</i>	ها <i>hā</i>	He	ه	ه	ه	ه	32
ρ	<i>J consonans Germ.</i>	يا <i>jā</i>	Jc.	ي	ي	ي	ي	33

Sic igitur possent numerari literæ Turcicæ 33. quas tamen ipsi Turcæ solo Arabico contenti Alphabeto ad numerum 28. restringunt, پ pe enim reducunt ad ب be, چ cim ad چ gim, ژ je ad ز ze, & utrumque ك sāghyr nun, & کفī āgemī, seu گف ad simplex کف, quod nos quoque in Lexico nostro observamus.

Ratione autem formæ sunt tantum literæ 17. aut si ک کف & ل lam simul ponas, 16. ا ب ح د ر س ص ط ع ف ك ل م ن و ه ی Cæteræ enim ab his distinguuntur punctationibus, immo in colligatione scripturæ & in medio dictionis eodem modo cum ا ب be scribuntur etiam ا ن nun, & ا ج je, ut in Alphabeto superiori videre est.

Sunt quidem, ut apud Hebræos, ita apud Arabes & Turcas literæ omnes consonantes, sed ا و ي elif, waw, je habent etiam sæpe sonum vocalium in fine syllabæ, ut in پاشا pāsā, quod nos dicimus Balsā, قورو kuru, ficcus, ديري diri, vivus, &c. de quo fufius infra.

Cæterum antequam valorem literarum Turcicarum aliaque in lectione consideranda fufius explicemus, quia jam posuimus aliqua exempla secuturaque sunt plurima, ad faciliorem Studiosorum intelligentiam nostris characteribus expressa aut descripta, prius exponendum videtur quibus literis aut characteribus utar ad exprimendas eorum literas aut pronuntiationes exoticas, seu quomodo pronuntiari debeant literæ nostræ, quibus hinc utor, aliàs quilibet suo modo posset eas legere adeoque plerumque impingere.

Sit ergo digressivum, at necessarium

CAPUT SECUNDUM

De valore characterum nostrorum, quibus utor ad exprimendam pronuntiationem literarum aut lectionem vocum Turcico-Arabico-Persicarum.

a Litera a sine nota aut accentu utor passim in Turcicis, ut a in Arabicis & Persicis vocibus, ad exprimendam notam vocalem ~ ante & post literas duriores, quæ sunt ا ب ج د ر س ص ط ع ف ك, ubi debet efferri clarè, ferè ut a *Italicum aut Gallicum*, seu, ut a *Polonicum & Hungaricum*, sed est naturâ suâ breve ad differentiam sequentis ā. Quòd si quando utor a in vocibus Turcicis, id indicare volo, pronuntiari posse ut a *clarum*, prout fit communiter & à vulgo, sæpe autem à doctioribus proferri ut e *nostrum*, ut in declinationibus explicabitur.

ā Hæc literâ sic notatâ ā utor ad exprimendum ا elif cum ~ medda, seu positum absque vocali propria post consonantem ا ~ istum, seu feth, aut ut nostratibus Phatâ affectam; estque hoc ā naturâ suâ longum, & quidem notabiliter debet protrahi. Pronuntiatur autem idem ā ~ ab Arabibus quidem Nationalibus ferè ut e *nostrum productum*, sed à Turcis (extra Alcoranum) proferitur ut a *Polonicum sine accentu in dictione v.g. dam, do*, & ut a *Germanicum, seu Austriacum in dictione v.g. Batter/Pater*, & æquivalet ferè diphthongo Gallicæ au in dictione haut, altus; est enim semper longum.

b Litera b exprimit Turcicam ب be, & proferenda est ut in Gallicis, Italicis & Polonicis, non verò ut in Germanicis, ubi confunditur sæpe cum p, aut cum w.

c Literam c prout pronuntiatur ante a o u, seu pro k nusquam adhibeo, sed loco illius pono ubiq; k. Verùm c cum accentu utor ad exprimendum چ cim, quod æquivalet c *Italico, seu Romano* ante e, & i, in dictione v.g. Cecità, Cecitas, quod Germanus ferè scriberet tsch; Et quidem hætenus semper sic scripseram ad intelligentiam nonnullorum Germanorum, quibus rudimenta hujus linguæ tradideram, sed ad parcendum typo satiùs sic per c *Italicum* exprimendum duxi. Quòd si invenias cia, ciu, unâ syllaba profer, sicut in Italicis, seu ut Germanicum tscha / tschu / atque eodem modo si sine i, ca, lege tscha.

ch Literis ch utor ad exprimendam Turcicam چ chy, debet autem efferri paulò fortiùs quàm apud Polonos, non autem cum tali sibilò aut razione, quâ suum ch efferunt Germani, sed liberiùs spiritum illum fortem ex imo pectore tractum emittendo citra compressionem oris.